Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25977
Copyright: Admont, Benediktinerstift

eos dicit dns. Quando israel dicit primitias frugum dni. ostendit
populum degentibus congregatum esse primitias. iuxta illud quod
in alio loco scriptum est. Iemor esto congregationis tue. quam
possedisti abinicio. Primitie autem semper debentur sacerdotibus
et non hostibus. Quod sequitur: omnes qui deuorant eum delinquunt
mala uenient super eos dicit dns. hunc habet sensum. Quomodo
qui primitias deuorant nequaquam desacerdotali genere scele
ris rei sunt sic qui contaminant israel malis subiciuntur: iuxta
iuxta illud quod in xxvi. psalmo sces loquuntur: Dum appropiant
super me nocentes ut edant carnes meas. qui tribulant me in
mici mei ipsi infirmati sunt et ceciderunt. Neque enim exeo qd
di exsequuntur sententiam. inmunes erunt a supplicio. malaque
nonuenient super eos. Oportet enim uenire scandala. uerum ue
ei per quem uenient scandala. Audite uerbum dni domus iacob.
et omnes cognationes domus israel. Hec dicit dns. Quid inue
nerunt patres uri in me iniquitatis. quia elongauerunt
a me et ambulauerunt post uanitatem et uani facti sunt.
Hunc sensum et alius prophita testatur: Populus mus quid feci tibi. et qd
molestus fui tibi. Responde michi. Quia eduxi te de terra
egypti. et de domo seruientium liberaui te. Utrumque ait no
men iacob et israel ponitur. non sedim duas. et decem tribus
sed iuxta omnem populum eum et ipse iacob postea appellatus sit
israel. Offensam autem dicit a patribus. non quo peccata patrum
filiis imputentur: sed quo et filii habentes patrum similitudi
nem et suo. et parentum scelere puniantur: Sepe legimus. qd
propter seos patres filiorum misertatur ds. Dereliquerunt aut
patres populi peccatoris dim. et non breuiter sed longo tempore.
et pdo secuti sunt uanitatem idola uidelicet que nichil pro
sunt cultoribus suis. et ipsis similes facti sunt. sedim illud
quod scriptum est. Similes illis fiant qui faciunt ea. et omnes
qui confidunt in eis. Et non dixerunt. ubi est dns qui ascen
dere nos fecit de terra egypti. qui transduxit nos per deser
tum. per terram inhabitabilem et inuiam. per terram sitis. et imaginem
mortis. per terram in qua non ambulauit uir: neque habitauit